Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cvs

51

immundus erit usque ad uespum. Vas fictile quod tetigit confringetur. Vas autem lignum lauabitur aqua. Et sanabitur. Fiunt autem hum suscitantur passionem. Numerabit vii dies post emundationem suam. Et lotis uestimentis ac toto corpore in aquis uiuentibus erit mundus. Die autem octauo sumet duos turtures aut duos pullos columbe. Venietque in conspectu domini ad ostium tabernaculi testimonii. Dabitque eos sacerdoti. qui faciet unum pro peccato. et alterum in holocaustum. rogabitque pro eo coram domino. ut emundetur a fluxu seminis sui. Vir cuius egredietur semen coitus. lauabit aqua omne corpus suum. Et immundus erit usque ad uespum. Vestimentum et pellem quecumque habuerit lauabitur aqua. Et immunda erit usque ad uespum. Mulier cum qua coierit lauabitur. Et immunda erit usque ad uespum. Mulier que habet menses patitur fluxum sanguinis. vii. diebus separabitur. Omnis qui tetigit eam immundus erit usque ad uespum. Et omne in quo dormierit uel sederit diebus separationis sue polluetur. Qui tetigit lectum eius. lauabit uestimenta sua. Et pe lotis aqua. et immundus erit usque ad uespum. Omne uas super quod illa sedit. si quis attigerit lauabitur uestimenta sua. Et lotis aqua polluetur. Et erit usque ad uespum. Si coierit cum ea uir pe sanguinis menstrualis. immundus erit. vii. diebus. Et omne stratum in quo dormierit polluetur. Mulier que patitur multis diebus fluxum sanguinis. non in pe menstruali. uel que post menstruum sanguinem fluere non cessat. quam diu iuxte se bratebit passio. immunda erit. ei sit in pe menstruo. Omne stratum in quo dormierit. et uas in quo sedebit polluetur. Et erit. Qui tetigerit eam. lauabitur uestimenta sua. Et pe lotis aqua. et immundus erit usque ad uespum. Si steterit sanguis. Et fluere cessauerit. numerabit vii dies post purificationem suam. Et octauo die offerat

post sacerdotem duos turtures. uel duos pullos columbe ad ostium tabernaculi testimonii. Et ut faciet. pro peccato. et alterum in holocaustum. rogabitque pro ea coram domino. Et purgabitur a fluxu immunditie eius. Docebitis ergo filios israel. ut caueant a immunditiis. et non moriantur in sordibus suis. cum polluerint tabernaculum meum. Qui est inter eos. Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis. Et qui polluitur eorum. Et que in menstruis patitur separatur. uel que uirgo fluit sanguine. Et omnis eius dormierit cum ea.

Locutusque est dominus ad moysen post mortem duorum filiorum aaron. cum offerentes ignem alienum mortui sunt. Et precepit ei dicens. Loquere ad aaron fratrem tuum. ne omni tempore ingrediatur sanctuarium. quod est intra uelum coram propitiatorio quod est super archam. ut non moriatur. quia in nube apparebo super oraculum. Hoc autem erit. Intrabit offerens pro peccato. et ariete in holocaustum. Tunica linea induetur. Et femoralibus lineis uerenda operiet. Accingetur zona linea. et cidaris linea imponet capiti. Hec enim uestimenta sunt sancta. quibus cum uestierit. lotus erit. induetur. suscipietque a multitudine filiorum israel duos hircos pro peccato. Et unum arietem in holocaustum. Cumque obtulerit uitulum. Et orauerit pro se. Et pro domo sua. duos hircos stare faciet coram domino in ostio tabernaculi testimonii. mittens super utrumque sortem. unam domino. Et alteram capro emissario. cui sors exierit domino. offeret illum. Et peccato. cuius autem in capitum emissarium stare faciet eum uiuum coram domino. ut fundat preces super eo. Et emittat illum in solitudinem. Et cum celebrans offerret uitulum. Et rogans pro se. Et pro domo sua. immolabit eum. assumptoque thuribulo. quod de primis altaris impleuerit. Et hauriens manu pugillum thimiama in incensum. in uelum intrabit in sancta. ut ponens super